

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 2, k. 121ra–121va

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 100

[100] De sculteto, si aliquem impedierit in iudicio.

Nunc attendatur super eo, si scultetus aliquem impedierit in iudicio et in sua querela, et si iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut avvocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc cum testibus ipsum evadere oportet. Cum qualicumque testimonio super iudicem [k. 121rb] querulatum fuerit, tali testimonio ipsum iudicem evadere oportebit, sive sint scabini aut alii ^atestes astantes in iudicio. Si autem hoc coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam ipse evadere possit. Si autem cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpare pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia coram avvocato super ipsum facta fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum ibi oportet esse presentem, nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim oportet probare. Idem iudicium super eum ire debet, quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Si autem unus vir pro delicto in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum ammiserit aut si evaserit absque sua culpa ac negli[g]encia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integram recompensam. Sin autem pro manu, tunc mediam solvit recompensam et hunc ipsum iuramento tacto sacramento iurare [k. 121va] oportet, ita si sibi parcere voluerit, quod absque omni sua culpa evaserit. Integra recompensa facit xviii talenta.

^a skreślone przez autora podstawy

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]